

An ergo tandem cum Patroclo Homericō dicamus?

Τίς δ' οἶδ' εἴκει οἱ σὺν Δαίμονι θυμὸν ὀρέγω  
παρ' ἅπ' ὧν; ἀγαθὴ δὲ παρ' αἰφρασίς ἐστιν ἐπάγχα.

*Iliados 15.*

Quis planè nouit an fortè alicui cum Deo animum mouero admonēs. Bona autem est admonitio socij. Nō quidem mirū videtur opinionum fluctibus hōminum animos diuersimodè impelli. At, qui tandem æquitatis reuerētia mouentur, consentire incipiūt, & rationum momenta, quæ prius diuersa putabantur esse, placabilius expendunt: vt cūm per exiguum sit id, quo dissentiant, plenis uelis contendat ad mutui consensus, fraterniq; amoris diuquesitū portum. Quantumuis ergo rarior apud antiquos metallorum vsus fuerit. At fuit tamen: quæq; cæterorum maiori sunt nonnullis formidini, nec stibium neglexisse, nec hydrargyrum subterfugisse facile deprehenduntur. Noxa timeatur, multorumq; præiudicio damnatur. At ea virorum bonorum experimentis, & integrâ conscientia, maior non est, quàm sit aliorum antiquitūs, & hodie

R cele-